UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Lacrimæ Orbis Universi, Post Primam Protoparentum nostrorum E Paradiso Exulum culpam, exortæ, In Universim Genus Humanum, traduce reatu propagatæ, Ruptis animorum abyssis, Laxatis cordium fontibus, ...

Schmucker, Mathias

Glacii, Anno 1689

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia ejus. Psal: 106.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38152

Visual Library

Volunt ergo audire confitentem me quid ipſe intùs ſim: quo nec oculum, nec aurem, nec mentem poſſunt intendere: credituri tamen volunt, nunquid cognituri? Dicit enim eis charitas, qua boni ſunt, non mentiri me, & me confitentem, & ipſa in eis credit mihi.

Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus. *Pſal*: 106.

BOnum animæ ornamentum confeſſio, quæ & peccatorem purgat, & juſtum reddit purgatiorem. * Si peccata ſunt, in confeſſione lavantur: Si bona opera, confeſſione commendantur. Cùm mala tua confiteris, ſacrificium Deo Spiritus contribulatus; cùm Dei beneficia, immolas Deo ſacrificium laudis. Absque confeſſione juſtus judicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Confeſſio igitur eſt peccatoris vita, juſti gloria. Video David dicentem: Peccavi: Et audientem: Transtulit Dominus peccatum tuum â te, & non morieris. Conſidero Mariam, ſi non verbis, tamen operibus publicè ſua crimina confitentem, & Dominum pro ea reſpondentem: Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Reſpicio Principem Apoſtolorum negantem timidè, amariſſimè flentem, Chriſtum illum reſpicientem. Felicem latronem intueor ſe accuſantem, Chriſtum excuſantem, & Dominum promittentem: Hodie mecum eris in Paradiſo.

* S. Bernardus ſerm. de VII. grad. Confeſſ: fol, 1707.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſo. O quàm ſublimis iſta confeſſio, per quam d[illegible]
tibulo ad regnum, de terra ad cælum, de cruce
damnatus ac crucifixus ad paradiſum aſcendit. G[illegible]
rioſa confeſſio, quæ Petrum Apoſtolum trinæ neg[illegible]
nis crimine liberavit; & ab Apoſtolatûs culmine c[illegible]
non permiſit. Fidelis inſtitutio, quæ Mariæ mu[illegible]
diligenti, multum dimiſit; & amoris multi titul[illegible]
ſignitam, diſcipulorum corpori ſociavit. Præ[illegible]
miſeratio, quæ regem & Prophetam multiplici cri[illegible]
num inundatione mundavit, & in antiquæ gloriam [illegible]
gnitatis perducendo reduxit. Hæc eſt via, quæ v[illegible]
rem ſuum nunquam fefellit, quæ nunquam deſer[illegible]
niſi deſerentem ſe.

S. Anſelmus de Miſeria hominis, peccato[illegible] reatu, gravitate, pœnitudine, judicij horrore, & pœnis Inferni.

TErret me vita mea. Namque diligenter diſcu[illegible]
apparet mihi aut peccatum, aut ſterilitas fer[illegible]
ta vita mea. Et ſi quid fructûs in ea videtur, ſic [illegible]
aut ſimulatum aut imperfectum, aut aliquo modo [illegible]
ruptum, ut poſſit, aut non placere aut diſplicere D[illegible]
Ergo O peccator, vita tua, jam ferè tota, aut in p[illegible]
cato eſt, aut damnabilis, aut infructuoſa, & conte[illegible]
bilis. Sed quid ſeparo infructuoſum à damnabili? [illegible]
que, ſi eſt infructuoſa, eſt & damnabilis. Con[illegible]
nim & verum eſſe, quod veritas Dei dixit: om[illegible]
bor, quæ non facit fructum bonum, exſcindetu[illegible]
in ignem mittetur. Denique ſi quid ago utile, p[illegible]